nra et suorum officiorum debito. In cuius rei etc.

## Mandatum ad eundem

Mag^co D. Palatino N. Sinc. nobis dilecto gratiam nostram Regiam
Mag^ce Sinc. nobis dilecte. Tulimus decretum nrum inter Instigatorem
nrum Fisci nostri ab una et fideles ac Famatos N. aliosq omnes
ad id interesse habent. par ab altera occone bonorum nostrorum N. et
villanorumq aliorumq omnium bonorum nostrorum N. et villanorum ad
id pertinen. Quo quidem decreto nro bona ipsa N. cum suis attinen.
commemoratis mensae nrae et Reipub. Regni adiudicavimus deputa-
vimusq iam ex nunc Instigatori nro officium ad id competens ad dan-
dam ei intromissionem in ipsa bona commemorata N. casu vero
denegato ipsius intromissionis ac possessionis remittimus causam eatem
cum toto effectu pro ulteriori eiusdem executione iux iuris communis e-
xigentiam ad Sinc. tuam tanquam Brachium nrum Regale quem-
admodum illud decretum nrum Comissalatius in se continet. Quare Sinc.
tuae Mandamus ut cum partibus eo nomine requisita fuerit Decretum
illud nrum in toto officij sui auctoritate et iux iuris communis exigen.
exequatur. Nec Sinc. tua pro gratia nra et suo erga nos debito of-
ficio faciat. Datum etc.

## Legitimatio

Significamus etc. quia nos clementer acclinati supplicationibus
certorum consiliariorum nrorum pro Honesto N. se simulq inter-
positis simulq aequum consortes sequi potius humanitatem le-
gum imperialium quae naturales liberos ad successionem bonorum paren-
tum suorum admittunt quam amplecti rigorem iuris Saxonici Mag-
deburg. quod diversum sentire videtur quapropter de certa
scientia nra et plenitudine potestatis nrae memoratum Honestum N.
detersa parentum macula legitimamus et legitimum facimus
creamus ac efficimus necnon ubivis locorum pro legitimo haberi
censeri ac reputari ab omnibus volumus non secus ac si a paren-
tibus secundum ritum Sanctae Catholicae Romanae Ecclesiae per matri-
monialem copulam legitimo concubio iunctis descenderet pro-
gnatusq esset. Declarantes etiam et decernentes ex probabi-
libus causis animum nrum promoventibus maxime eo quod
parentum delicto pueri haud quaquam censentur obnoxii
ipsum N. habilem et capacem esse debere a testatis pariter
et intestatis succedendum in omnia et singula patris sui
et aliorum propinquorum bonorum tam extra quam intra bona
tum etiam ad gaudendum et perfruendum omnibus alijs iuribus et
Praerogativis quas in obtinendis quibusvis honoribus et dignita-
tibus ac officijs legitimis liberis ex specialibus Regum et
Principum favor atq indulgentia concessit et dispensantur

Prout omnibus et singulis Palatinis Castellanis Capitaneis Proconsulibus Advocatis ac in universum alijs omnibus officialibus ac Senioribus quorumcunque contuberniorum opificialium subditis nostris stricte percipientes Mandamus ut non obstantibus diversis iurium sanctionibus quibus autem nra Regia quoad effectum praesentium derogamus derogatumque esse volumus sub poena Mille florenorum Ungaricalium Fisco nro succumbenda praedictum N. pro libero habeant reputent ac iudicent atque in omnibus non solum publicis sed etiam privatis locis actionibusque pro libero haberi, reputare ac censeri faciant nram hac in parte authoritatem interponentes ut omnibus omnium conditionibus honoris et maternorum aliorumque bonorum successione gaudere et potiri N. ac ad gerendum Dignitatibus et officijs alijs omnium iurium praerogativis quae legitimo debentur toto posse queat. Harum etc.

## Mandatum in non impediend. civibus civitatis etc.

Magco N. etc. Sinceri nobis dilecto gratiam nram Regiam. Magce Sincere nobis dilecte. Delatum est ad nos per complures Regni nri Consiliarios Sinceri tuam bono et commodo publico tam omnibus et singulis Equestris ordinis viris quam civibus et incolis civitatis nostrae N. Privilegijs et libertatibus per olim Serenissimos Reges Poloniae Praedecessores nros Civitati eorum concessis et per nos confirmatis mixti animo deliberato statuunt et ordinant ne vel ab oenopolis vina et varij generis potus vendentibus aliisque alijs permutantibus et pro libitu arbitrioque suo rerum exponentibus plus aequo tam equestris quam plebei defraudarentur refutari ac impedire velle. Quod laudabile Proconsulis et Consulum N. factum dotatum Iuribus et Privilegijs in communem cedere utilitatem substitutionem nostrum omnium iudicant Sinceri tuae Mandamus non aliter fieri volentes ut ne tam utili Proconsulis et Cons. Civitatis nrae N. facto contrarium se praestet verum etiam auctoritate sua promoveat et promoveri curet. Aliter pro gratia nra Sinc. tua non faciat. Datum etc.

## Consensus cum adultalitate

Notum facimus etc. Animadvertisse nos in Generoso N. Secretario nostro et Aulico non solum singularia quaedam naturae ingenijque bona sed etiam praeclara apud exteros homines quaesita institutionis ornamenta quarum quidem rerum opera actibus et ornatus ita nobis adhuc operam navavit ut observantiam et fidem suam nobis praeclare probaverit. Eum itaque et remunerare